
VII

20 —


BIBLIOTECA NAZIONALE
VITTORIO EMANUELE
6
19 C
44






DIVINA
PSALMODIA
CARMINIBVS MODVLATA

A HYACINTHO VISCA
De Priuerno.


EMINENTISS. AC REVERENDISS.

PRINCIPI
CAMILLO MAXIMO
S.R.E. CARDINALI

DICATA.







ROMAE
Typis Nicolai Angeli Tinassij M.DC.LXXIII.

SVPERIORVM PERNISSV.

EMINENTISS. ET REVERNDISS.

PRINCEPS.

DIuinam Pſalmodiam metro traditam iure merito Tibi ſacrandam, atque litandam cenſui: cum enim Tua in me beneficia quotidie creſcant, ſic mea viciſſim obſequia creſcere, conſentaneum eſt. Accipe igitur Opuſculum rudi ingenio elaboratum; ſed tamen ob diuini Vatis verba, diuinum. Admitte inquam E. D. munus hoc benigna fronte, quod etſi minus maximis tuis in me meritis reſpondeat, ex hoc ipſo Tibi referre gratiam. Vale diù, ſemperque fœlix.

E. T.



Humillimus Seruus

Hyacinthus Viſca.

Imprimatur.

Si videbitur Reuerendiſs. P. Mag. Sac.Pal. Apoſt.

I. de Angelis Archiepiſc. Vrbin. Viceſg.



Imprimatur.

Fr. Raimundus Capiſucchius Ordinis Prædicatorum Sacri Palatij Apoſtolici Magiſter.

DIVINA PSALMODIA CARMINIBVS MODVLATA

A HYACINTHO VISCA De Priuerno.

Beatus vir, Psal. 1.



Ir; qui non abijt nec in vllo pergit iniquo
Consilio (credas) ille beatus erit.
Nec stetit ille viâ peccatorum vndique plena,
Nec pestis cathedrâ sedit, iniqua docens.
Sed fuit in Domini sua semper lege voluntas,
Atque in lege eius nocte, dieque vigil.
Et secus (vt lignum) decursus perstat aquarum;
Quod fructum pariet, tempore ritè suo.
Ipsius folium in terram non defluet vnquam;
Sed quæcumque facit prospera cuncta, cadent.
Impij enim non sic, sed tamquam puluis obumbrans:
Quem terræ à facie ventus inanis agit.
Non in Iudicio peccator surget iniquus,
Iusti in Concilio nullus iniquus erit.
Namque viam Dominus Iustorum nouit, & optat,
Errantum infausta sorte peribit iter.
Gloria sit Patri, nato cum flamine Sancto,
Et nunc, & semper, sæcla per æua simul.

Quàre fremuerunt. Pſal. 2.

CVr gentes, populique omnes fremuere maligni?
Cur meditati ſunt omnia vana ſimul?
Principes, & terræ Reges aduerſus in vnum,
Aduerſus Chriſtum ecce ſtetere Deum.
Vincula rumpamùs, rumpamus denique funes,
Atque iugum à nobis proijciamus acrum.
Qui in Cælis habitat, nunc hos ridebit, & vltro,
Subſannabit eos omnipotens Dominus.
Tunc illos magna, tunc ecce loquetur in ira,
Et turbabit eos, ipſe furore ſuo.
Conſtitutus ego ſum Rex ab eo Altus in Arce,
Qui iuſſum in ſancto prædico monte, ſuum.
Dixit enim Dominus ad me, natus meus es tu,
Ipſe hodie noſtro te genui ex vtero.
Namque tibi dabo, nunc à me tù poſtula, gentes,
Hæredes ergo ſic dominare tuos.
Ferrea enim in virga ipſe reges intrepidus illos,
Tamquam & vas figuli vis tua frangat eos.
Et nunc ò Reges aures præbete benignas,
Diſcite qui terram, vos iudicatis eam.
Eia timore Deo veſtro ſeruite libenter,
Exultate & ei, ſtante timore, magis.
Vos diſciplinam citius apprendite ſanctam,
Iraſcatur nè maximus ille Deus.
Cumque breui ſua, ſi fortaſſè exarſerit, ira,
Qui confidit ei, ille beatus erit &c.

Domine quid multiplicati. Pſal. 3.

QVid me, qui tribulant, Domine ſunt multiplicati?
Multi aduerſum me ſurgere ſæpe parant.

Mul-

Multi animæ nostræ dicunt, nec dicere cæssant,
  Non salus est ipsi, funditus vlla Deo.
Tu vero Domine meus es susceptor amatus,
  Gloria, qui nostrum tollis in Astra caput.
Voce mea ad Dominum clamaui sæpè benignum,
  De Monte & Sancto, me audijt ille suo.
Dormiui ipse soporatus, surgensque recepit,
  Me Dominus, alis texit & ille suis.
Millia non Populi me circum multa timebo,
  Surge, & me saluum fac Deus alme meus.
Percussisti aduersantes omnes sine causa,
  Et contriuisti dentis iniqua mali.
Est Domini salus, est virtus, benedictio Sancta,
  Sunt etiam populum, cuncta beata super &c.

Verba mea. Psal. 5.

AVribus ò Domine, mea quæso percipe verba;
  Clamorem pariter, percipe Diue meum.
Voci etiam præcis intendas, & percipe nostræ,
  Rex meus, atque Deus, sæcla per æua manens.
Orabo quoniam ad te, te quoque voce vocabo,
  Mane audi vocem, Diue benigne, meam.
Mane astabo tibi, atque oculis hæç hisce videbo,
  Tù quoniam Deus es, non mala iniqua volens;
Vllùs nec iuxta te habitabit, Diuè, malignus,
  Nec prauus oculos manserit ante tuos.
Omnes odisti Domine, qui operantur iniqua,
  Deperdes, & qui falsa loquuntur ei.
Sanguinum enim vltro virum abbominabitur, atq; dolosũ;
  Copia & in multa nunc pietatis ego.
Introibo domum, templumque orabo libenter

Ad ſanctum, & dignum, ſemper honore tuum.
Meque tua Domine deduc in iuſtitia, atque
Coram te noſtram, dirige, diue, viam.
Non veritas mendaci illorum regnat in Ore,
Cor vanum eſt etiam, vanaque ſemper habent.
Iamque patens eſt guttur eorum,& putre ſepulchrum,
Linguis atque ſuis ſæpè doloſè ruunt.
Decidat in terram ſua nunc cogitatio praua,
Impietatum etiam copia pellat eos.
Omnes qui ſperant in te, lætentur in æuum,
Atque exultabunt, tuque habitabis eis.
Omneſque in te gloriabuntur, nomen amantes,
Tu quoniam iuſto, ſic benedicis ei.
Tuque bonæ vt ſcuto nos mentis, Diue, coronas,
Atque coronabis nunc, & in æua quoque &c.

In Domino confido. Pſal. 10.

IN Domino confido, quomodo dicitis ergo,
Noſtræ animæ in montem tranſmigra ſicut auis?
Nam peccatores arcum intendere ſagittas,
Obſcuro vt iacerent, vulnera ſæua darent.
Quæ perfeciſti, nam dextruxere repentè,
Quid verò iuſtus, quid bonus ægit homo?
Eſt Dominus ſancto in templo, illic ipſe moratur,
In Cælo eſt Dominus, præſidet altus ibi.
Reſpiciunt oculi ex templo in miſerum eius egenum,
Palpebræque rogant, vſque hominum genitos.
Iuſtum, impiumque etiam Dominus interogat altus,
Odit quiue animam, diligit ille malum.
Ecce ſuper peccatores laqueos pluet, atque
Pars etiam Calicis, ſulphur, & ignis erit.

Iuſtus nam Dominus noſter dilexit, & æquum,
Æquum etiam vultus vidit & omne, ſuus &c.

Domine quis habitabit. Pſal. 14.

QVis Domine in ſancto requieſcet Monte beatus?
Quiſuè tuo ſtabit, quiſuè tabernaculo?
Qui ingreditur macula ſine, quiue operatur & æquum,
Qui mundus corde eſt, qui ſine labe manet.
Quiue ſuo loquitur veritatem in corde ſerenam,
Quiue dolum in lingua non agit ille ſua;
Proximo & ille malum, qui iam non fecit, & vltro
Opprobium aduerſus non capit vſque ſuos.
Ad nihilum aſpectu deducitur ipſe malignus,
Illos glorificat, qui Dominum metuunt.
Proximo & is iurans etiam, nec decipit illum,
Vſuram mutuam, munera nulla capit.
Qui facit hæc, certè non ille mouebitur vmquam,
Sed firmus ſemper tempus in omne manet &c.

Dominus regit me. Pſal. 22.

ME Dominus regit atque ideò nihil vtique deerit,
Paſcuæ & ipſe loco, ſæpè locauit ibi.
Me ſuper enutriuit aquam ſolaminis, atque
Conuertens animam perſtitit ille meam.
Me ſuper æduxit veſtigia iuſta Redempor,
Per nomen, Domino ſic miſerante, ſuum.
Si curram medio toties ego mortis in vmbræ,
Tu quoniam mecum es, nulla timebo mala.
Virga tua & baculus, ſunt conſolata libenter,
Ipſa etenim ſummum, ſemper amoris habent.

Men-

Menſam in conſpectu noſtro tu , Diue , paraſti
  Aduerſus illos , qui tribulare putant.
Impinguaſti oleo noſtrum caput , optime Diuum ,
  Ebriat & noſter clarus in ore Calix .
Et tua me pietas cunctis hic namquè diebus ,
  Subſequitur vitæ , te miſerante , meæ .
Vſque domo Domini , longo currente dierum ,
  Tempore noſtrorum , me iubilante , habitem &c.

Iudica me Deus . Pſal. 42.

IVdica me Deus , & cauſam diſcernito noſtram ,
  Hac de non ſancta gente , benigne , precor.
Libera me ex prauo tu clemens , atque doloſo ,
  Denique magne viris erue , Diue , malis .
Tu quoniam Deus es mea fortitudo ſuperna,
  Cur repuliſti me , cur ego triſtis eo ?
Lucem emitte tuam , veritatem ſiue ſerenam ,
  In montem ſanctum duxerit ipſa tuum .
Ecce ipſe ad Domini introibo altare potentis ,
  Ille iuuentutem , lætificatque meam .
Confitebor enim in cythara , Deus alme ſalutis ,
  Cur me conturbas , triſtis es , ò Anima ?
Spera & adhuc Domino , quoniam illi ſæpe fatebor ,
  Vultus enim noſtri eſt , & Salutare , Deus &c.

Omnes gentes plaudite . Pſal. 46.

EIa omnes gentes manibus nunc plaudite veſtris ,
  Lætitiæ in voce , & nunc iubilate Deo .
Terribilis Dominus namque eſt , excelſus , & altus ,
  Rex ſuper eſt omnem denique magnus , humum . .

Su-

Subiecit populos nobis, ſubiecit & omnes,
Gentes ſub noſtris inſuper & pedibus.
Nobis hæredem inde ſuum præelegit amicum,
Quam dico ſpeciem diligit ille Iacob.
Aſcendit Deus in iubilo, conſcendit in altum,
Aſcendit Dominus corneæ in ore tubæ.
Pſallite corde Deo noſtro, eia pſallite ſemper,
Regi eia noſtro, pſallite voce tubæ.
Rex quoniam Deus eſt magnus terræ omnis, & Orbis,
Pſallite vos omnes, nunc ſapienter ei.
Ecce Deus ſuper & gentes regnabit in æuum,
Atque ſuper ſedem præſidet ille ſuam.
Conuenere ſimul populorum Principes vltrò,
Sunt terræ elati, non ſimileſque Deo &c.

Quam dilecta. Pſal. 83.

QVam dilecta tabernacula hæc tua, Domne, potentum,
Virtutum, exoptat, deficit atque anima.
In viuum, cor ecce meum caro noſtra viciſſim,
Exultauerunt denique ſæpè, Deum.
Paſſer enim tectum ſibi velox inuenit aptum,
Turtur vbi pullos ponat & ille ſuos.
Virtutum Domine tua ſunt altaria ſancta,
Tu meus es Rex, & tu Deus ipſe meus.
Quiue tuo in tecto habitant, ſunt, Diue, beati
Et te laudabunt, dum vehet amnis aquas.
Cuius & auxilium abs te eſt, hic vir, hic ipſe beatus,
Diſpoſuit lacrymis mollia corda ſuis.
Nam legiſlator Dominus benedicet, & audit,
Ipſe Deus ſumma, clarus ab Arce Sion.
Virtutum Deus exaudi, tu quæſo benignis,

Auri-

Auribus, & noſtram; percipe Diue, precem.
Aſpice protector noſter Deus, aſpice Diue,
In faciem Chriſti reſpice ſæpe tui.
Vna tuis atrijs melior lux, gratior extat.
Millia quàm Mundus poſſit habere ſuper.
Elegi Domini tecto abiectus in eſſe,
Quam peccatorum magna habitare Domo.
Nam grates dabit, & celſos tibi reddet honores;
Diligit & verum, diligit ille pium.
Ipſe bonis priuabit eos, non labe carentes,
In te, qui ſperat, namque beatus homo eſt &c.

Lauda Ieruſalem. Pſal. 147.

LAuda ò Ieruſalem Dominum ſine fine potentem,
Lauda Deum totis viribus alta Sion.
Confortauit enim portarum ſæpè tuarum,
Seras, & natis nunc benedixit eis.
Quiuè tuos fines poſuit pacem ille ſerenam,
Et frumenti adipe nutrit, & exſatiat.
Qui eloquium terræ emittit, velociter, atque
Sermo eius currit, non remorante gradu.
Qui ſicut lanam dat, & ille niuem candore refertam,
Et nebulam, vt cinerem, vndique ſpargit eam.
Chryſtallumque ſuam, vt buccellas mittit amenas,
Quis faciem ſuffert frigoris ante ſui?
Ipſe ſuum emittit verbum, atque liquefacit illa,
Spiritus efflabit, mollis, & vnda fluet.
Quiue ſuum verbum Iacob annunciat vltro;
Iſrael iuſtitias, & ſua iudicia.
Non omni genti, non taliter omnibus ægit,
Iudicia ipſius non manifeſtat eis. &c.

Pſal-

Psalmi ad Matutinum B. M. V.

Domine Dominus noster. Psal. 8.

QVam Domine Dominus noster mirabile nomen,
Terrarum in toto personat orbe tuum.
Nam super excelsos tua magnificentia Cœlos.
Altius erecta est, atque leuata magis.
Ex infantium enim, lactentium & ore profecto.
Hostem ac vltorem destruis omne malum.
Cœlos namque tuos, digitorum Diue tuorum,
(Cuius opus mirum) lunam, stellasque micantes.
Ipse oculis clare, quippe videbo meis.
Quid vero est homo, quod semper memor illius es tu?
Filius, aut hominis, quod quoque visis eum?
Paulò namque minus minuisti factor ab Anglis,
Atque coronasti cinctus honore super.
Subiecisti etiam pedibus sub cuncta caducis,
Omnes, Diue, boues, insuper & pecora.
Pennatos Cœli volucres, piscesque marinos,
Salsi quos pascit, nutrit & vnda Maris.
Quam Domine Dominus noster mirabile currit;
Terrarum toto nomen in Orbe tuum. &c.

Cœli enarrant. Psal. 18.

GLoriam enim Domini enarrant sydera Cœli.
Et firmamentum nunciat eius opus.
Lux verbum eructat luci, nox indicat atra,
Doctrinam nocti, vt fallere possit eam.

An-

(Angelus hæc lux eſt, nox tenebroſa draco)
Non ſunt ſermones non ſunt (mihi crede) loquelæ,
Quorum non voces cuncta per ora ſonent.
In cunctam terram ſonus ecce exiuit eorum,
Orbis & in fines verba ruere ſua.
Ecce tabernaculum poſuit in Sole micante,
De thalamo ſponſus venit vt ipſe ſuo.
Exultauit vt ille gigas currendo viarum,
Interualla, ſua egreſſio facta Polo.
Illius occurſus ad ſummum eius, & vſque,
Nec qui ſe aſcondat, quiſque calore ſuo eſt.
Lex Domini immaculata, animas conuertit amantes
Et teſtimonium, ſcita fidele dabit.
Iuſtitiæ Domini rectæ dant gaudia cordi,
Dat præceptum oculis lumina clara meis.
Permanet & Sanctus Domini timor omne per æuum,
Iudicia & Domini iuſtificata manent.
Deſiderabilia, & pretioſa quoque inſuper aurum;
Mel ſuper atque fauum dulcia crede, magis.
Seruus enim tuus ipſa etiam cuſtodit, in illis,
Cuſtodiendis, multa retributio.
Quis delicta capit? Me occulis munda Redemptor
Ex alijs ſeruo parce, benigne, tuo.
Si quæ mei haud fuerint dominati, mundus abibo,
Delicto á magno, non maculatus ero.
Verba vt complaceant oris, meditatio cordis,
Semper in aſpectu, Diue benigne, tuo.
Tu Domine adiutor meus, & meus ipſe Redemptor,
Et nunc & ſemper, tempus in omne ſimul &c.

Domini est terra. Psal. 23.

HÆc Domini terra est, & plenitudo bonorum,
 Orbis terrarum, quiue habitant in eo.
Nam fundauit eum ipse super Maria omnia sistens,
 Atque parauit eum flumina multa super.
Quis montem in Domini sublimem ascendet, & altum;
 Quis Sancto aut stabit glorius ille loco?
In manibusque nocens, mundo qui corde tenetur,
 Non animam credas qui in vano accepit alentem,
 Nec qui iurauit proximo, & ille dolo.
A Domino hic benedictus, hic est pietate repletus,
 Sæpè salutari, sic miserante, Deo.
Hæc est quærentum illum, hæc est generatio sancta,
 Quærentum faciem Iacob amore Dei.
Principes ò vestras nunc nunc attollite portas.
 Gloriæ & excelsus Rex gradietur ibi
Iste quis est Rex gloriæ? Et altus, cellus vbique.
 Est Dominus bello fortis, & ille potens.
Principes ò vestras nunc nuna attollite portas,
 Gloriæ & excelsus Rex gradietur ibi.
Iste quis est Rex gloriæ? & est virtutis amator,
 Angelicos dominans Rex sine fine, Choros &c.

Eructauit. Psal. 44.

ERuctauit enim nostrum cor optima verba,
 Regi opera excelso colloquor ore, mea.
Lingua mea est calamus scribæ, velociter apti,
 Et benè scribentis, non retinente mora.
Præ natis hominum forma speciosus vbique,
 Diffusa est labijs gratia magna tuis.

Ipse potenter agas, gladio modo cingere fæmur
Et validis hostes viribus vrge tuos.
Namquè tua specie, & pulcritudine mira,
Procede, intende, & prosperè regna simul.
Ob verùm, iustum, & mansuetum, dextera ducet,
Te mirabiliter syderas ad alta Poli.
Namque sagitta tua est penetrans, est fortis, acuta,
Hi sub te populi regis in ora cadent.
Sedes atque tua ò Deus æua in sæcla manebit,
Directa est Regni, iustaque virga tui.
Odisti mala, Christe bone, & cuncta optima amasti,
Propterea te oleo vnxit & ipse Deus.
Myrrha à vestimentis, gutta, & Casia odoris
Ex quibus & Regum natæ in honore tuo.
Te delectarunt. Auri circumdata veste,
Regina à dextris astitit alta tuis.
Audi nata, vide, atque aurem inclina benignam,
Et tecti Patris immemor esto tui.
Optabitque tuum excelsus Rex inde decorem,
Est quoniam Dominus, & Deus ipse tuus.
Atque Tyri natæ precioso in munere, vultum,
Sæpè precabuntur, plebs quoque diues aget.
Filiæ enim Regis iam est omnis gloria ab intus,
Auratæ circum vestis amicta super.
Adducentur enim Regi, post Virgines, illam,
Poximæ & ipsius deindè ferentur ei.
Lætitia tamen, & iubilo ducentur in altum,
Et mirum templum Regis honore Dei.
Filij enim tibi sunt nati pro Patribus, illos
Principes institues desuper omne solum.
Atque tui memores fuerint tunc nominis vltrò,
Hac in progenie, progeniesque alias.

Pro-

Propterea populi confitebuntur in æuum,
In sæclum sæcli, tempus in omne, tibi,&c.

Deus noster refugium. Psal. 45.

COnfugium Deus est noster, virtusque suprema,
Adiutor curis, quæ nimis inueniunt.
Propterea post hac mala nulla timebimus orta,
Dùm Maris in Montes corda ferentur acri.
Suntque sua turbati in fortitudine Montes,
Turbata & sonuit funditur omnis aqua.
Lætificat Domini Ciuitatem impetus amnis,
Ipse tabernaculum sanctificatque suum.
Illius in medio Deus haud remouebitur vnquam;
Diluculo Dominus manè iuuabit eam.
Sunt gentes conturbatæ, inclinataque regna,
Ipse dedit vocem, motaque terra manet.
Nobiscum Dominus virtutum, nemo timebit,
Susceptorque Deus noster Iacob erit.
Ergo venite, opera excelsi, quæ mira, videte,
Prodigia, & posuit, bellaque cuncta tulit.
Omnia comburet nunc igni scuta voraci,
Arcum confringet, tela inimica teret.
Ergo vacate, & ego met sum Deus, ecce videte;
Gentibus extollar, tollar, & ipse solo.
Nobiscum Dominus virtutum, nemo timebit,
Susceptorque Deus noster Iacob erit,&c.

Fundamenta. Psal. 86.

FVndamentum eius Sanctis in montibus astant;
Namque Sion portas Dominus sic diligit altus;

Vt superet Iacob cuncta tabernacula.
Nobilis Vrbs Domini, de te sunt inclyta dicta,
Quæ superas laudes lingua referre valet?
Immemor haud fuero Rahab, & Babylonis iniquæ
Quæ non ignorant, quanta sit alta manus.
Ecce alienigine, & Tyrus, Æthiopumque caterua,
Illic hi cuncti sæpè fuere viri.
Numquid homo ergo Sion, homo dicet natus in illa est,
Et fundabit eam magnus, & omne regens?
Narrabit Dominus in scripturis Populorum,
Principum & illorum, quiuè fuere in ea.
Omnium enim lætantium inest habitatio tecum,
Collaudant summum, qui sine fine, Deum, &c.

Cantate Domino. Psal. 95.

NVnc cantate Deo Domino, cantate fideles,
Nunc omnis cantet cantica terra noua.
Cantate & Domino, nomen benedicite Sanctum,
Dicite quotidie sit salutare suum.
Gloriam & ipsius nunc interdicite gentes,
Sunt mirabilia hæc omnibus in populis.
Est quoniam magnus Dominus, laudabilis vltrò,
Terribilis cunctos est super ille Deos.
Dæmonia autem hi sunt omnes Dij gentium iniqua,
At Dominus celsos fecit in Orbe Polos.
Eius in aspectu pulchritudo, confessio multa,
Cum sanctimonia sit Deitate sua.
Ferte Deo Domino patriæ nunc gentium honorem,
Numini & illius gloria digna sonet.
Tollite pacificas, atque eius in atria adite,
Hic orate Deum, munera digna date.
Terra

Terra vniuerſa à facie moueatur & eius ,
Regnauit Dominus , dicite & in populis .
Terræ etenim correxit , nec remouebitur Orbem ,
Iudicat & populos in bonitate ſuos .
Lætentur Cæli , Mare commoueatur , & Orbis ,
Exultet , campi gaudia læta ferant .
Siluarum tunc exultabunt omnia ligna ,
A facie Domini , iura ferentis humo .
Orbem totius terræ iudicabit in æquo ,
Et populos multos , in veritate ſua &c.

Dominus regnauit exultet . Pſal. 96.

REgnauit Dominus , exultet terra libenter ,
Inſula lætetur , plurima regna domans .
Circuitu in Domini nubes , & caligo videtur ,
Iuſtitia eſt ſedes , iudiciumque ſua .
Ardens ante ipſum præcedet flammeus ignis ,
Hoſtes flammabit fulgida flamma ſuos .
Fulgura terrarum orbi illuxere tremenda ,
Vidit & eſt omni terra remota loco .
A facie Domini montes , vt cæra liqueſcens
Fluxere , à facie fluxit & omnis humus .
Iuſtitiam Cæli modo nunciauere perennem ,
Gloriam & hi populi iam tenuere ſuam .
Sculptilià hæc , omnes , qui (confundantur) adorant
Quiuè ſimulacris extulit ille ſuis .
Angeli adorate excelſum , Dominumque potentem ,
Audijt , atque Sion , maxima læta fuit .
Filiæ , & exultauerunt , mea gaudia , Iudæ ,
Ob tua , quæ (Domine) maxima iudicia :
Tu quoniam ſemper Dominus altiſſimus extas ,

Terram omnem, atque omnes insuper vsque Deos.
Vos odite malum, Dominium qui pectore amatis,
Sanctorum Dominus animas custodit amicas,
Ipse malis manibus iam liberabit eos.
Lux orta est iusto, & rectis lætitia corde,
Illa etenim lumen, gaudia & ista refert.
In Domino iusti nunc vos gaudete frequenter,
Et memores Sancti, nominis esse Dei,&c.


Cantate Domino, quia mirabilia. Psal.97.

VOs cantate Deo Domino noua cantica vestro,
Nàm mirabilia, & maxima signa dedit.
Bracchium, & alta sibi salutauit dextra potenter,
Diuina & saluat semper vbique manus;
Notum etenim Dominus salutare effecit in Orbe,
Gentium in aspectu, iustitiamque aperit.
Ecce recordatus Deus est pietatis amicus,
Ac veritatis amans, Israel & domui.
Termini enim terrarum omnes videre patenter,
Excelsi nostri per salutare Dei.
Terra omnis iubilate Deo, cantate benigno,
Atque exultate, & psallite corde nouo.
In cithara Domino, in cithara inquam, psallite semper,
Ductilibus Domino psallite corde tubis.
Regis in aspectu Domini iubilate canendo,
Voce etiam psalmi, corneæ, & ore tubæ.
Plenitudo Maris, magnus moueatur, & orbis
Terrarum totus, quiuè habitant in eo.
A Domini aspectu montes, & flumina plaudent,
Ipse venit terram nam iudicare suam.
Iustitia terrarum orbem iudicabit & vltrò,
Hos æquo cunctos iudicat & populos, &c.

Te

Te Deum Laudamus. Cantic.

TE ecce Deum laudamus,te Dominumque fatemur,
Te æternum Patrem terra hæc veneratur & omnis,
Angli omnes tibi, cæli atque vniuersa poteſtas,
Sic Cherubim, & Seraphim inceſſanti voce proclamant,
Sanctus, Sanctus, Sanctus, tu Sabaoth Deus altus,
Maieſtatis terra eſt, pleni gloriæ olympi.
Te glorioſus Apoſtolicus Chorus altius effert,
Te Prophætarum numerus laudabilis vltrò,
Martyrum & hic niueus te exercitus ore canentum,
Te per terrarum orbem Eccleſia ſancta fatetur,
Patrem immenſæ maieſtatis, & omnis honoris,
Necnon, Diue, tuum venerandum vnicè natum,
Ac Sanctum quoque Donum Almum, ſolamine plenum.
Gloriæ enim tu Rex immenſæ Chriſte Redemptor,
Tu Patris æternus, tu es Filius altior aſtris,
Ad liberandū hominem,haud vterum tu Virginis horres
Morte aperis victa credenti, regna Polorum,
Gloria in excelſa dextræ polles Genitoris honore.
Supremus Iudex tu crederis eſſe futurus,
Quæſumùs ergo tuis prætioſo, Diue, redemptis
Sanguine ſubuenias famulis, quos perdere nolis,
Gloria in æterna numerari præcipe Sanctis,
Fac populum Domine ſaluum, benedicite, & illi,
Hæredi, extolle, & rege eum per ſæcula cuncta,
Quolibet ecce die nos te benedicimus vltrò,
Atque tuum in toto laudamus tempore nomen,
Tu ſine peccato nos cuſtodire precamur,
Hoc dignare die, cunctis dignare diebus,
Hęù noſtri miſerere, hæu tu miſerere benignè.
Nos ſuper, ò Domine, pietas tua fiat amanter,



Vt ſperauimus in te, iterum ſperamus ouantes;
Speraui Domine in te, non confundar in æuum &c.

Ad Laudes.

Dominus regnauit decorem. Pſal. 92.

REgnauit Deus, atque decorem indutus & arma eſt,
Fortia, & indutus cinctus in hoſte manens
Orbem etenim terræ firmauit robore tanto,
Vt vis non moueat quælibet vlla magis.
Sedes namque tua ex tunc eſt, ò Diue, parata,
Semper es à ſæclo, qui ſine fine manes.
Ecce leuauerunt hæc mundi flumina vocem,
Ecce leuauerunt flumina fluctus aquæ
Latitudo Maris mira eſt, mirabilis altus,.
Et cælo, & terræ, cunctaque mira ſatis.
Facta nimis tua ſunt iam teſtimonia certa,
Sanctitudo domum longa per æua decet &c.

Iubilate Deo omnis terra. Pſal. 49.

NVnc iubilate Deo terra omnis, & omne creatum,
Seruite & Domino denique lætitia.
Eius in aſpectu læti introite libenter,
Et laudis læto ducite corde chorum.
Scite quod & Deus egit nos, non fecimus ipſi,
Nos autem populus paſcuæ, & eius oues,
Illius & portas introite ore canentes,
In laude, atque hymnis atria voce ſonent.
Laudate & nomen, quia ſuauis mitis amator,
Eſt Dominus, pietas, lucifer ortus erit &c.

Deus

Deus Deus meus. Psal. 62.

PEruigilo ò Deus, ò Deus ad te in luce ferena;
Sollicitus etiam nocte, dieque fatis.
In te Anima, ò Domine, multum noſtra ecce ſitiuit,
Quam multipliciter dat tibi noſtra caro.
Deſerta in terra, atque inaquoſa tranſij eundo,
Virtutem vt poſſem, Diue, videre tuam.
Eſt pietas tua, quæ vitas ſupereminat omnes,
Te mea nunc labia, & laudis honore colent.
Te ſic in vita benedicam, Diue, potentem,
Nomine ſæpe manus ipſe leuabo tuo.
Mens etenim repleatur ea pinguedine noſtra;
Et noſtrum os labijs, gaudia multa feret;
Sic ſtratum ſuper ipſe fui non immemor vnquam;
In matutinis te meditabor enim.
In velamento alarum exultabo tuarum,
Poſt te anima vniuit, me tua dextra tulit.
In vanum verò ipſi animam quæſere latentem,
Intrabunt, terrarum inferiora petent.
In manus & gladij pariter tradentur iniqui,
Callidæ, & illorum viſcera Vulpis erunt.
Rex verò in Domino noſtro lætabitur alto,
Quiuè in eo iurat, laude ferendus erit.

Deus miſereatur noſtri. Pſal. 66.

DEt nobis Deus, & veniam, benedicat in æuum,
Illuſtret vultum deſuper ille ſuum;
Vtque viam in terra nos cognoſcamus amicam,
Gentibus in cunctis, & ſalutare tuum.

O Deus hi populi tibi confiteantur amantes;
Cuncti inquam populi confiteantur ei.
Lætentur gentes, exultent quod ponis in æquo
Iudicio populos, dirigis atque in humo.
O Deus, hi populi tibi confiteantur amantes,
Fructus nostra suos optima terra dedit.
Nos Deus, atque Deus noster benedicat ab alto;
Terra sit hæc omnis, plena timore Dei &c.

Canticum. Benedicite.

VOs opera omnia nunc Domini benedicite Domno,
Exaltate super, sæcla per æua, Deum.
Angli etiam Domini, Domino benedicite semper,
Cælorum Domino, dicite regna bene.
Omnes & benedicite aquæ super astra morantes;
Virtutes Domino, laudis honore canant.
Sol Domino benedicite, necnon luna vicissim,
Cælorum precibus sydera cuncta vocent.
Imber, & ros omnis Domino benedicite lætè,
Spiritus atque Dei omnis honore colat.
Vos Domini Domino benedicite, & ignis, & æstus
Frigus, & æstus ei, dicite sæpè benè.
Rores, & Domino benedicite cuncta pruina,
Atque gelu, & frigus, dicite recta Deo.
Vosque niues, glaciesque Deo benedicite vestro,
Noctes, atque dies, laudis honore sonent.
Lux, tenebræque Deo benedicite sæcla per æua,
Et nubes omnes, fulgura cuncta quoque.
Ima etiam Dominum benedicat terra potentem;
Laudet, & exaltet, sæcla per æua super.
Colles, & Montes Domino benedicite cælsi,

Germinaque in terra, quælibet illa ferunt:
Vos fontes Domino benedicite, curſus aquarum,
Collaudent maria, & flumina cuncta ſimul.
Immenſæque cetæ Domino benedicite veſtro,
Quæ & pariter ſalſis, cuncta mouentur aquis:
Cæli omnes volucres, Domino benedicite veſtro;
Hinc alis auras, ducite & inde choros.
Beſtiæ enim omnes, & pectora omnia laudibus amplis;
Nati hominum Domino, dicite recta Deo.
Iſrael & Dominum benedicat honore decenti,
Laudet, & exaltet ſæcla per æua ſuper.
Voſque Sacerdotes Domino benedicite Sancti,
Et Domino Serui, dicite recta ſimul.
Spiritus & iuſtorum animæ benedicite Domno,
Sancti etiam, atque humiles corde, referte Deo:
Azaria, Anania, & Miſael addite laudes,
Exaltate Deum ſæcla per æua ſuper.
Nos Patrem, Natum, & Donum veneremur amantes;
Exaltemus eum ſæcla per æua ſuper.
In firmamento Cæli Domine, es benedictus,
Atque exaltatus ſæcla per æua ſuper,&c.

Laudate Dominum de cælis. Pſal. 148.

OMnes de cœlis Dominum laudate potentem,
Ipſum & excelſis laudibus ore ſonent.
Omnes Angli eius laudate, omneſque ſupremæ
Virtutes, ipſum laudis honore colant.
Igneus, & Sol callaudate, & candida Luna,
Stellæ omnes etiam, lumen, & omne ſimul.
Cælorum cæli laudate, & flumina aquarum,
Diuinum laudent nomen, in aſtra ferant.

Ipſe etenim dixit, ſunt facta, & protinus illa,
Mandauitque etiam, ſuntque creata ſimul.
Iamque ea per ſæclum ſtatuit, firmauit in æuum,
Præceptum poſuit, firmiter illud erit.
Omnes de terra Dominum laudate Dracones,
Atque omnis pariter laudet Abyſſus eum;
Ignis, nix, grando, glacies, & ſpiritus omnis,
Sæpè procellarum, quæ ſua verba colunt.
Montes, & colles omnes, fructifera ligna,
Atque omnis libani cedrus odorifera.
Beſtiæ, & vniuerſa, etiam pecora omnia campi,
Serpentes, volucres, quas leuis ala vehit.
Terrarum Populi, Reges, & Principes omnes.
Terrarumque etiam Iudicis omne genus.
Virgines, & Iuuenes, cum Iunioribus auctis,
Collaudent Domini nomen, vbique potens;
Solius Domini exaltatum eſt nomen ad aſtra,
Hoc ſolum lambit, ſydera celſa Poli.
Sitque ſuper Cælum, & terram confeſſio eius,
Et cornu populi tollit honore ſui.
Omnibus, & Sanctis ſit, natis Iſrael hymnus,
Sitque propinquanti, ſitque Tibi Populo &c.

Cantate Damino. Pſal. 149.

NVnc cantate Deo Domino noua cantica celſo,
Sanctorum ſit laus eius in Eccleſia.
Iſrael & qui fecit eum, lætetur in ipſo,
Exultentque Sion Rege ſuo geniti.
Diuinumque choro collaudent nomen amandum,
Pſalterio pſallant, tympano, & in cithara
Namque ſuo in populo placitũ Domino eſt benè ſemper;
Man-

Mansuetosque salus tollet ad astra suos.
Gloria in æterna Sancti lætantur in æuum,
Lætaturque suo, quisque cubile sedens.
Lætitiæque Dei ipsorum iam gutturi adhærent,
Ancipites gladij in manibusque suis.
Ad faciendam etiam in nationibus acriter altam
Vindictam, in populis multa redargutio.
Ad Reges ipsorum compedibusque ligandos,
Ferrea, & in manica Nobiles inde suos.
Iudicia vt faciant in eis conscripta, rigore,
Omnibus hæc Sancti gloria digna suis, &c.

Laudate Dominum in Sanctis eius. Psal. 150.

IN Sanctis eius Dominum laudate potentem,
In firmamento virtus vbique patet.
Laudate & cunctis ipsum in virtutibus eius,
Magnitudo etiam laude ferenda satis.
Dulci sæpe sono ipsum etiam laudate tubarum,
Laudate, & pariter Psalterio, & Cithara,
Tympano eum, suauique Choro laudate canentes,
Organo, & in Chordis laude conendus erit;
Tùm iubilantia, tùm resonantia Cymbala laudent,
Collaudet demùm spiritus omnis eum &c.

Benedictus. Canticum Zaccharia.

SIt benedictus enim Dominus Deus Israel altus,
Qui redimit plebem, visitat atque suam.
Et cornu erexit iam nobis ille salutis,
In domibus pueri Dauidis vltro sui.
Sicut enim Sanctorum est ipse per ora locutus,

Qui Prophætarum ſæcla per æua canunt.
Ex inimicis nunc noſtris tibi ſume ſalutem,
Qui nos oderunt, nunc tibi ſume manu.
Cùm patribus noſtris pietatem venit agendam,
Et teſtamenti ſic memorari ſui.
Iuſiurandum quod Patrem iurauit ad Abram
Dudum ſe nobis, & Mundo velle daturum.
Hoſtium vt è manibus liberati, ac abſque timore,
Nunc famulemur ei ſæcla per æua magis.
Iuſtitia coram ipſo atque in bonitate diebus,
Omnibus & noſtris, non remorante gradu.
Tuque puer poſt hac Prophæta vocaberis alti
Ibis enim Domini, ante parare vias.
Illius vt plæbi detur doctrina ſalutis,
Et dimittantur crimina praua ſua.
Per Domini noſtri pietatis viſcera aperta,
In quibus ex alto nos viſitauit amans.
Qui in tenebris reſident, illumina ſplendor olympi,
Per pacem noſtros, dirige, Diue, pedes.
In pacis greſſus dirige, Diue, Viam &c.

Ad Primam.

Deus in nomine tuo. *Pſal.* 53.

FAc Deus alme tuo me nunc in nomine ſaluum,
In virtute etiam iudica quæſo tua.
Diue precem exaudi tu clementiſſime noſtram,
Auribus atque oris percipe verba mei.
Aduerſum me alieni inſurrexere ſuperbi,
Ante nec aſpectum propoſuere Deum.

Ecce enim Deus adiuuat, & susceptor amatæ
Est animæ Dominus, sæcla per æua meæ.
Hostibus & nostris mala cuncta auerte Creator,
Et disperde illos in veritate tua.
Ipse voluntariè tibi sacrificabo benignè,
Et confitebor nomini Domne, tuo.
Ex omni quoniam eripuisti me, optime, cura,
Nunc hostes oculus despicit esse meus, &c.

Beati immaculati. Psal. 118.

Ecce via immaculati, sunt etiam, atque beati;
Qui in Domini pergunt, prouidè lege sacra.
Suntque beati iterum sua testimonia amantes,
Quærentes toto pectore, corde, Deum.
Non etenim mundi, qui operantur iniqua caduci,
Perrexere vijs, Diue benigne, tuis.
Tu mandata nimis custodiri, alme, petisti,
Cælica mandasti iussa libenter agi.
O vtinam mea conuertam vestigia semper,
Iustitiæ custos sim vigil ipse tuæ
Omnibus in iussis cum aspexero summe Creator,
Tunc non confundar, liber ad astra ferar.
Confitebor enim tibi rectitudine cordis,
Quod iam in eo didici, cælica iudicia.
Iustitias custodiam ego ipse tuas,& mente pudica,
A te non vnquam, Diue, relictus ero.
Quippè viam Domine, in quo Adolescens corrigit atrã?
Sermonis custos factus in ore tui.
Corde exquisiui toto te sæpè potentem,
Non me à mandatis, Diue, repelle tuis.
In corde eloquia abscondi tua dulcia multum,

Vt tibi non peccem, crimina praua fugam.
O Domine benedictus es, & super astra leuatus,
Iustitiasque doce me super omne, tuas.
Oris namque tui eructaui voce tonanti
In labijs nostris, omnia iudicia.
Ecce via testimoniorum, Diue, tuorum,
Tamquam diuitijs omnibus, ipse fruor.
Iussis ipse tuis etenim exercebor amicis.
Atque vias etiam, considerabo tuas.
Iustitijs ego sæpè tuis meditabor abundè,
Numquam sermonis immemor ipse tui.
EIa age, Diue, tuo vitam, Alme, retribue Seruo,
Curam, & Sermonis semper habebo tui.
Tuque meos oculos, clara cum luce reuela,
Mira, & ego legis considerabo tuæ.
Incola sum Domine in terra, peregrinus, egensque
Non à me abscondas iussa, benigne, tua.
Iustitiasque tuas anima exoptare cupiuit,
Tempore in omni, etiam longa per æua simul.
Increpat, & meritò, Domine, tua dextra superbos,
Declinans Domino, tunc maledictus erit.
Contemptum,opprobriũq; à me Domine aufer amator,
Testimonia enim sæpè requiro tua.
Principes aduersum sedere, & iniqua loquentes,
Iustitijs seruus promptior ipse tuis.
Nam testimonia hæc tua, iam meditatio nostra est,
Consiliumque meum, Iustitiæque tuæ.
Nostra hæsit pauimento anima, ò sublime Creator,
Tu me viuifices, vt tua verba canunt.
Nostras namque vias prædixi, aurésque dedisti,
Iustitias rectas edoce, Diue, tuas.
Iustitiarum etenim semitam, me sæpè tuarum,
Instrue;

Instrue, & in miris promptior ibo tuis:
Dormitauit enim hæc anima in torpore sopita,
Me Domine in verbis firma benigne tuis?
Amoue Diue, viam Mundi labentis iniqnam,
Et de lege tua, tu miserere mei.
Ecce viam elegi certæ veritatis amicam,
Non Domine oblitus sum tua iudicia.
Diue tuis testimonijs ego firmus adhæsi,
Ne me confundas, sed tua dextra regat:
Nunc mandatorum ipse viam percurro tuorum,
Cum cor dilatas, optime Diue, meum.

Symbolum Sancti Athanasij.

Quicumque.

QVicumque & vult, & cupit esse is saluus, oportet
Catholicam teneat firmiter ille fidem.
Quam nisi crediderit, nec quisque fideliter illam,
Amplexatus erit, saluus is esse nequit.
Catholica ergo Fides, Trinum veneremur vt Vnum,
Atque Vnum vt Trinum, cordis amore Deum.
Personas nec confundendo indebitè Trinas.
Nec substantiam ab his, conseparando minus.
Patris enim persona alia est, nati altera, Doni
Altera, non vna est; firmiter ista tene.
Sed Patris, ac nati, necnon & Spiritus Almi,
Diuinum est vnum, gloria, & vna simul.
Qualis enim Pater est, pariter sua talis imago;
Sic etiam talis Spiritus Almus Amor.
Non Pater, haud Natus, non Spiritus, atque Creatus;
Quilibet æternus, quilibet Altus adest.

Non

Non tamen æterni tres ſunt, æternus at vnus,
Non tres immenſi, ſed tamen vnus ineſt.
Sic Pater omnipotens, Natus, ſic Spiritus Almus,
Non tres, eſt vnus dicitur omnipotens.
Sic Deus, & Dominus Pater eſt, & filius, vna
Cum Dono, Trinos abſit habere Deos.
Ecce ſigillatim Perſonam, namque fatemur,
Eſſe Deum, Trinos religione vetor.
Nam Pater à nullo eſt factus, genituſque creatus
Filius eſt genitus, totus imago Patris.
Spiritus à Patre, & Nato procedit vtroque
Non genitus, factus, neque creatus adeſt.
Vnus namque Pater, non tres, & Filius vnus,
Sic Vnus, non tres, Spiritus Almus ineſt.
In Trinitate nihil prius, aut poſterius extat,
Sed tres perſonæ ſunt paritate ſimul.
Vt ſupra eſt dictum, Trinum veneremur vt Vnum,
Atque Vnum vt Trinum, ſic tibi recta Fides.
Qui vult ergo ſuam certam ſperare ſalutem,
Sentiat hunc Vnum de Trinitate Deum.
Hoc quoque ad æternam, neceſsè eſt ire ſalutem,
Humana indutum credere carne Deum.
Recta Fides, ergo eſt, Chriſtum Dominum eſſe, fateri,
Verum hominem, atque Deum, filium & eſſe Dei.
Eſt Deus, & Patris Genitus ſubſtantia ab alta,
Sæcla ante, in ſæclo, Virgine Matre Datus.
Perfectus Deus, atque homo, qui ratione recepta,
Ex anima, humana carne recinctus adeſt.
Æteeno Patri æqualis Diuina ſecundum,
Humana, eſt autem, tunc minor ille Patre.
Qui licet, & Deus, atque homo ſit Dominus, tamen vnus
Non duo Chriſtus adeſt, plura nec eſſe tenet.

Non

Non quod Diuina in carnem conuersa fuere,
  Sed quod in ipsum, sunt terrea sumpta Deum,
Vnus, & omninò non consubstantia fusa,
  Sed quod persona est, vnica facta magis.
Sicut enim Anima, atque caro est homo funditus vnus,
  Sicque Deus, & homo, Christus & vnus adest.
Quique etiam passus pro nostra est ille salute
  Infra descendit, tertio morte redit.
Ascendit, dextramque sedet, venturus & inde est;
  Vt viuos, morti iudicet atque datos.
Cuius in aduentu de factis (corpore sumpto)
  Quisque Deo reddat, tunc ratione data.
Quiue bona egerunt, in vitam protinus æuam;
  Ibunt, quiue mala (hæù) Æuus & ignis erit.
Catholica ergo fides hæc, vt nisi adhæseris illi,
  Non tibi saluandi manserit vlla salus, &c.

Ad Tertiam.

Legem pone.

LEgem pone mihi Iustorum Domne tuorum,
  Ipse aiam exquiram prouide semper eam.
Præbe intellectum, & legem scrutabor amantem,
  Et Custos fuero, semper amore vigil.
In semitam deduc mandatorum Alme tuorum,
  Ipsam etenim volui, quæ mihi cara fuit.
Cor nostrum inclina in tua testimonia, Diue,
  Ne sim labilium factus auarus opum.
Lumina namque mea auerte, vt non vana reuisent
  Meque via sancta viuifica, Alme tua.

Eloquiumue tuum, mendico ſtatue ſeruo,
Sim ſemper plenus, Diue, timore tuo.
Amputa, & opprobrium, quod ſuſpicatus amarum,
Namque iucunda ſatis ſunt tua iudicia.
Ecce tua ardenter Domine, mandata cupiui,
Æquo in iudicio viuere prebe mihi.
Et pietas veniat Domini in me ſæpè ſuperna
Eloquium dico, quod ſalutare tuum eſt.
Et reſpondebo mihi tunc ex verba probranti,
Sermoni quoniam ſpero benignè tuó.
Noli auferre meo veritatis de ore Serenæ
Verbum, iudicijs ſic ego ſpero tuis.
Atque tuæ ſemper cuſtos ego legis amatæ
Extitero ſecli, ſæcla per æua ſimul.
Pergebam, & pedibus in latitudine magna,
Hoc propter, quoniam iuſſa requiro tua.
De teſtimonijs ego coram Rege loquebar,
Non confundebar, victor inermis eram.
Mandatiſque tuis tacitus meditabar, & ardens,
Dilexi valdè cordis amore colens.
Atque iterum palmas ardenter ad illa leuaui,
Sic exerçebor, iuſtitijſque tuis, &c.

Memor eſto.

VErbi, Diuè, tui ſeruo, non immemor eſto,
In quo ſpes certè non mihi parua datur.
Hæc me humilem penitus eſt conſolata frequenter,
Eloquiumque tuum viuificauit agens.
O Deus vſquequaque, & inique ſuperbus agebat,
Non declinaui (Maxime) lege tua.
Iudiciorum etenim memor ipſe fui, Alme, tuorum,
Sum


Sum consolatus, cęlica dona colo.
Pro peccatore, & tenuit defectio tanta,
Dum legem linquit, spernit, & ille tuam.
Cumque loco nostræ peregrinationis abibam,
Iustitiæ instabat cantus ab ore, tuæ
Nocte fui memor ipse tui præ nominis alti,
Et legis custos, peruegil ipse tuæ.
Hæc mihi facta est, & contentus perfruor illa,
Iustitias quærens, hic, & vbique tuas.
Portio tu Domine mea es, & tu portio semper
Dixi, custodem legis adesse tuæ
Ipse tuam faciem sum toto corde precatus,
Vtque tuum eloquium, tu miserere mei.
Ipse vias cogitare meas, conuertere nostros,
Diue, pedes cœpi, ac in tua iudicia;
Non sum turbatus, potius quin ipse paratus,
Vt Custos iussi sim vigil, alme tui.
Sunt peccatorum funes circum vndique plexi.
Nec legem oblitus sum, Pater Alme, tuam.
Surgebam Domine media tibi nocte paratus,
Ad confitendum, Iudicijsque tuis.
Pars mihi magna est cunctorum te, Diue, timentum,
Illorumuè etiam, qui tua iussa colunt.
Nam pietate tua Domine terra, vndique plena est,
Me tua, Diue, doce grandia Iudicia, &c.

Bonitatem fecisti.

FEcisti Domine bonitatis imagine seruo,
Aptatam formam, sic tua verba notant.
Doctrina, & disciplina, & bonitatis imago,
Sit mihi nam iussis, credo benigne, tuis,

 Deli-

Deliqui miser, humiliarer, quam antea multum,
  Eloquij volui, Pastor adesse tui.
Tu bonus es Domine, meque in bonitate superna,
  Edoce Iustitias, instrue, Diue, tuas.
Multiplicata super me sunt, & iniqua superborum,
  Ipse autem scrutor, iussa benigna tua.
Cor sicut lac est liquefactum, pectus eorum,
  Dicam etiam, legem, sum meditatus ego.
Quod me humilem feceris, id pro bonitate recepi,
  Possim vt iustitias discere Diue, tuas.
Lex oris pariterque tui bonitate repleta,
  Argenti, atque auri est millia quippè super.
Meque tuæ facere manus, quod nullus in arte,
  Præbe intellectum, sic tua iussa sciam.
Qui te, Diue, timent læti me quippè videbunt,
  In tua speraui desuper eloquia.
Iudicia hæc tua cognoui percurrere in æquo,
  Meque egisti humilem cum veritate tua.
Vt tua me pietas soletur, fiat amanter.
  Et iuxta eloquium, Maxime Diue, tuum.
Adueniatque mihi tua nunc miseratio magna,
  Et viuam, quoniam lex meditata mihi est.
Confundantur enim (quia iniqua in me egere) superbi,
  Exercebor ego, in tua iussa, Deus.
Conuertantur item mihi, te (ò Diue) timentes,
  Et qui nouerunt (optimè) iussa tua.
Iustitijs cor immaculatum fiat, & aptum,
  Vt non confundar, lætus in astra ferar, &c.



Ad Sextam.

Defecit in ſalutare.

IN ſalutare tuum mea mens defecit amando,
In tua ſperaui verba benigne, Deus.
Defecere oculi, dicentes, quando Creator,
Me conſolaris ? quando videbo Polos ?
Sicut vter ſum factus ego, poſituſque pruina,
Non oblitus ero, Iuſtitiaſque tuas.
Quotue dies ſerui, totidemque aduerſus iniquos,
Iudicium facies optime Diue, tuum.
Narrauere mihi fabulas malignanter iniqui,
Sed tua non vt lex, quæ in veritate nitet.
Omnia ſunt veritas, Domine, mandata ſuperna,
Perſequitur prauus, adiuuat alta manus.
Paulominùs terra conſumauere maligni,
Non autem liqui maxima iuſſa tua.
Iuſta Diue, tuam pietatem viuere nobis,
Præbe, & legis ero Paſtor ab ore, tuæ
In cœlo tua verba manent per ſæcula ſemper,
Non longum tempus, longa nec æua mouent.
Progeniem aliam veritas pertranſit eundo,
Terram fundaſti, & permanet immobilis.
An perſeuerat lux (Diue) tuo ordine recta,
Omnia namque tibi ſæcula perſamulant.
Quod tua, ni Domine lex eſt meditatio noſtra,
Fortè periſſem ego tunc humilitate mea.
Iuſtitiaſque tuas non obliuiſcar in æuum
Namque in eis felix prouidè vita datur.

Ipſe tuus ſum, ſaluum me fac, Maxime Diuum,
  Iuſtitias quoniam ſæpe requiro tuas.
Vt me deperdant expectauere maligni,
  Iudicia hæc autem colligo, Diue, tua.
Omnibus eſt finis (Namque omne eſt labile) rebus,
  At tua iuſſa quidem (Maxime) lata nimis, &c.

Quomodo &c.

TOta namque die penitùs meditatio noſtra eſt,
  Dilexi legem quomodo, Diue, tuam?
Prudentem cunctos feciſti deſuper hoſtes,
  Diuino iuſſu, quod mihi perpetuum eſt.
Nam ſuper intellexi omnes me quippè docentes,
  Iudicia hæc tua ſunt, nunc meditata mihi.
Ecce ſenes intellectus iam noſter acutos,
  Doctrina ſupetat, quod tua iuſſa volo.
Vt mandatorum ſim cuſtos, Alme, tuorum
  Ecce pedes praua, prohibuique via.
Cor a iudicijs non declinanit Olympi,
  Tu quoniam legem propoſuiſti mihi.
Faucibus ecce meis remanent tua dulcia verba,
  Suntque ori noſtro mel meliora ſuper.
Ab iuſſis ego Diue, tuis intelligo ſemper,
  Propterea odiui, criminatricis iter.
Sint pedibus lucerna meis tua verba Creator,
  Sint pariter ſemitis lumina clara meis.
Iuraui, ſtatuique ego cuſtodire libenter,
  Iuſtitiæ excelſi grandia iudicia.
Factus ego ſum humilis Domine vſquequaque,
  Vt tua verba monent, vita ſit alma mihi.
Fac benè ſint placida hæc (ò Diue) voluntaria oris;
Iudi-

Iudicia, ó Domine, edoce meque tua.
Eſt anima in manibus ſemper non perdita noſtris,
Nec legem oblitus ſum, optime Diue, tuam.
Iamque mihi laqueum occultè poſuere maligni,
Nec de mandatis funditus error erat.
Sum teſtimoniorum hæres ego quippe tuorum,
Hæc noſtra exaltat corda, benigne Deus.
Cor inclinaui ecce meum per ſæcula cuncta,
Iuſtitias agere; hæc noſtra retributio eſt, &c.

Iniquos odio &c.

ODiui peccatores ego ſemper iniquos,
Dilexi & legem iam ſuper omne tuam.
Adiutor meus es tu, ſuſceptorque benignus,
In tua ſperaui, dulcia verba ſuper.
A me quam citius, ò declinate maligni,
Scrutaborque Dei iuſſa ſacra mei.
Vtque tuum eloquium (tunc viuam) ſuſcipe ſeruum,
Non me confundas, at tua dextra regat.
Adiuua me, & tunc ſaluus ero, ſaluabor in æuum,
Iuſtitijſque tuis nam meditabor ego.
Iudicijs, ò Diue, tuis, qui ſæpè recedunt,
Omnes ſpreuiſti, ſemper iniqua putant.
Præuaricantes peccatores ipſe putaui,
Hac tua de cauſa, diligo iudicia.
Noſtras namque tuo carnes confige timore,
Iudicijs timui ſæpè, benigne, tuis
Iudicium egi, & iuſtitiam mihi, Diue, ſerenam,
Non me tu tradas, conuitiatoribus.
Diue tuum in rectum, nunc quæſo ſuſcipe ſeruum,
Non me conuitiis, lingua ſuperba teret.

Defecere oculi in ſalutare tuum ecce repente ;
Iuſtitiæ pariter, eloquiumque tuæ.
Quæſo tuam iuxta pietatem perfice ſeruo.
Iuſtitias altas edoce meque tuas.
Seruus ego tuus, ò Domine per ſæcula cuncta,
Præbe mihi intellectum, vt tua iuſſa ſciam.
Tempus iam Domine faciendi, tempus agendi,
En legem ſanctam diſſipauere tuam ;
Propterea tua dilexi mandata Creator;
Argenti, atque auri, millia & vſque ſuper.
Propterea ad mandata, inquam, dirigebar ouanter,
Odiui prauam (ſic decet) ipſe viam, &c.

Ad Nonam.

Mirabilia Teſtimonia.

SVnt mirabilia altè teſtimonia, Diue,
Eſt anima hæc ideò, noſtra ſcrutata magis.
Sermonum quoque declaratio magna tuorum,
Luminat, & pueris, ſcita dat alta tuis.
Os noſtrum aperui, mox ſpiritum, & ipſe retraxi,
Deſiderabam etenim iuſſa ſacrata tua
Aſpice nunc in me Domine, miſerere precantis,
Iuxta iudicium nomen amantis Agios.
Vtque tuum eloquium tu greſſus dirige noſtros,
Non iniuſtitia hæc ſit dominata mei.
Non humana Deus me falſa calumnia pungant,
Vt cuſtos ſeruem iuſſa ſacrata tua.
Eia ſuper ſeruum faciem tu illuſtra ſerenam,
Iuſtitias rectas edoce, Diue, tuas;

Exitus

Exitus eduxere etiam mea lumina aquarum;
Quod nolint curam legis habere tuæ.
Iuſtus es, ò Domine, & tua iudicia omnia recta;
Quæ vitam æternam nos veritate docent.
Iuſtitiam mandaſti teſtimonia iuſta,
Et veritatem etiam, Maxime Diue, tuam;
Zelus namque meus ſic, Alme, tabeſcere fecit;
Quod tua non hoſtis verba ſit ipſe memor.
Ignitum Domini eloquium eſt, vehementer, & ardens;
Ardenter ſeruus illud honore colit.
Spretus ego ſum Adoleſcens, & contemptus vbique
Sum non oblitus, iuſtitiaſque tuas.
Iuſtitia hæc tua, iuſtitia eſt, in ſæcula ſemper,
Et tua lex veritas, quæ regit omne ſolum.
Me tribulatio, & inuenere anguſtia magna,
Et tua iuſſa nimis ſum meditatus ego.
Æqua tua in ſæclum ſunt teſtimonia, Diue,
Præbe intellectum, vitaque ſemper erit, &c.

Clamaui in toto, &c.

TOto in corde meo clamaui, auribus aſta
Clemens; iuſtitias ipſe requiro tuas.
Ad te clamaui ſaluum me fac, Alte Redemptor,
Vt cuſtos iuſſi ſim vigil ipſe tui.
Præueni, clamans, matura ætate ſeneſcens,
In tua ſperaui verba, benigne ſuper.
Præuenere oculi ad te iam diluculo noſtri,
Eloquiiſque tuis, vt meditarer ego.
Vocem, Diue, meam iuxta pietatis amorem,
Audi, & viuifica me, vt tua iudicia.
Ecce propinquauere malis, me ſæpe ſequentes,

Lon-

Longè ſunt facti (Maximè) lege tua.
Tu Domine propè es,atque etiam circū omnia,præſens,
Suntque tuæ omnes in veritate viæ.
De teſtimonijs, ò Diue tuis principio noui,
Namque ea fundaſti, ſæcla per æua nimis.
Humilitatem vide meam, meque eripe ſemper,
Legis enim Domine, ſum memor ipſe tuæ.
Iudicium Domine (& redime me) iudica noſtrum,
Eloquium propter ſit mihi vita, tuum.
Longe à peccatore ſalus, longe ſit Ieſus,
Iuſtitias etenim dextruit ille tuas.
Multa tua eſt pietas, pariter miſeratio multa,
Iudicium iuxta, viuere redde mihi.
Per multi Domine tribulant, me ſæpè ſequentes,
Et teſtimonijs perfruor ipſe tuis.
Præuaricantes aſpicio, valdèque tabeſco,
Quod verbi curam diſſipauere tui.
Aſpice, dilexi quoniam tua iuſſa libenter,
In pietate tua viuifica Domine.
Principium veritas verborum, Diue, tuorum
Sæcla per æua manent omnia iudicia, &c.

Principes.

PRincipes & gratis me ſunt per ſæpè ſequuti,
Formidant verbis vtique corda tuis.
Eloquia ipſe ſuper tua collætabor ouanter,
Sicut quis ſpolijs gaudet honore datis.
Peccarorem odio iam habui, abbominatus iniqua,
Dilexi legem feruidus ipſe tuam.
Septies ipſe die tibi laudem dico canendam,
Iuſtitiæque ſuper Grandia iudicia.

Pax est multa tua diligentibus optimè, legem,
Et non sunt illis scandala (crede) mala.
Expectabam ego, Domne, tuum salutare iucundum,
Et tua dilexi iussa sacrata magis.
Custodiuit enim mens testimonia multùm,
Dilexitque etiam iam vehementer ea.
Seruaui mandata, & testimonia recta,
Suntque viæ semper, (te aspiciente) meæ.
Sæpe preces Domine, te coram nostra propinquet,
Eloquium iuxta noscere præbe mihi.
Hæc pariter intret te nostra petitio coram,
Eloquium iuxta me eripe, Diue, tuum.
Hymnum eructabunt labia hæc tibi Diue, sonorum,
Cum tu me doceas (optimè) iustitias.
Eloquium meà lingua tuum narrabit vbique
Æqua æuo sistunt omnia iusta tua.
Fiat enim tua, Diue, manus, me saluet in æuum,
Elegi quoniam iussa benigna tua.
Namque tuum salutare mihi per sæpè cupiui,
Lexque tua, ò Domine, iam meditata mihi est.
Viuet enim mea mens, & te laudabit in æuum,
Iamque iuuant tua me maxima iudicia.
Quære tuum Domine, seruum, mandata colentem,
Erraui, & perij, perdita sicut ouis, &c.

Psalmi ad Vesperas.

Dixit Dominus. Psal. 109.

DIxit enim Dominus Domino, modo scandere celsū
In solium, a dextris conside nate meis.

Donec ponam inimicos ipſe ſcabella tuorum,
Alme pedum, ſtratos puluere frangat humus.
Emittet Dominus virgam virtutis Olympo,
Hoſtis, & in medio nunc dominare tui.
Eia inimicorum in medio dominare tuorum,
Virtutis Virgam mittet ab Arce Sion.
Tecum principium, Diuum in ſplendoribus, ante
Luciferum, noſtro te genui ex vtero.
Iurauit Dominus, nec eum iam pænitet, es tu,
Sicut Melchiſadech ergo ſacratus homo.
Magnos ira Dei Reges confregit, & omnes,
A dextris Dominus, confidet ipſe tuis.
Iudicat in nationibus, implebitque ruinas,
Multorum capita, & quaſſat, & abdit humo.
De torrente via bibet, eſt (hæu potus amarus)
Propterea exaltat, tollet & ille caput, &c.

Confitebor. Pſal. 110.

CONfitebor enim tibi toto in corde benigne
Iuſto in conſilio, circuituque ſacro.
Magna opera, atque excelſa Dei, exquiſita per omnes,
Sæpè voluntates eius, & arbitria.
Eius opus confeſſio, magnificentia mira,
Iuſtitia ipſius ſæcla per æua manet.
Namque memor voluit mirabilium eſſe ſuorum
Omnipotens, timidis tradidit ipſe cibum.
Teſtamenti in ſæcla ſui memorabitur, atque
Virtutem populo nunciat ille ſuo.
Gentium vt hæredes etiam perficiat illos,
Eius opus manuum, iudicium, & veritas.
Cuncta fidelia, cuncta etiam mandata per æuum,

Fir-

Firmata in verò ſemper vbique manent.
Æterna populum conflictum morte redemit,
Et teſtamentum mandat in æua ſuum.
Sanctum, & terribile eſt diuinum nomen vbique
Principium Sapiens eſt timor ipſe Dei.
Omnibus eſt bonus intellectus agentibus ipſum,
Laus, & honor Domini, ſæcla per æua manet, &c.

Beatus vir. Pſal. 111.

QVi Dominum timet, eſt ſemper vir quippè beatus,
Multum in mandatis, hic volet ille ſuis.
Namque potens fuerit in terra ſemen in æuum,
Rectorum proles, iam benedicta manet.
Diuitiæ multæ, præcelſa eſt gloria tecti,
Iuſtitia illius ſæcla per æua manet.
Exortum in tenebris rectis eſt lumen, & amplum,
Quod Deus eſt, iuſtus, & miſerator, amans.
Hic iucundus homo, qui commodat, & miſeretur,
Aptat in extremo verbaque iudicio.
Nam iuſti, ſanctique viri, nemo immemor vmquam eſt,
Nec timet auditum funditus ille malum.
Ipſius in Domino cor eſt ſperare paratum,
Hoſtes deſpiciat, donec vt ille ſuos.
Pauperibus dedit, & diſperſit cuncta bonorum,
Iuſtitia ipſius ſæcla per æua manet.
Inuidia maceratus erit peccator acerba,
Et fremet ardenter dentibus ille ſuis.
Iraſcetur enim, atque oculis tàm dira videbit,
Mors illi demum, deſiderata perit, &c.

Laudate pueri. Psal. 112.

LAudate, ô pueri Dominum, laudate frequenter,
Laudate, & nomen cuncta creata Dei,
Sit nomen Domini benedictum semper in æuum
Nec cesset laudes promere lingua suas.
Solis ab ortu etenim Domini laudabile nomen,
Vsque & ad occasum fiat vbique simul.
Excelsus Dominus gentes est insuper omnes,
Et super excelsos, gloria celsa polos.
Quis sicut Dominus Deus est qui sistit in altis,
In Cœlo in terra respicit ima simul?
Suscitat a terris inopem, tollitque per alta,
Pauperem, & ex imo stercore sæpe leuat.
Cæli vt Principibus cum summis collocet ipsum,
Principibus Populi iunctus vt ille sui.
Qui facit in Domibus natis habitare carentem,
Lætantem matrem post genuisse finit, &c.

Laudate Dominum omnes Gentes. Psal. 113.

LAudate ô gentes Dominum, laudate canentes
Laudate & Populi, laudet & omnis homo.
Nam pietas super est nos, confirmata benigna,
Et veritas Domini sæcla per æua manet, &c.

Magnificat. Canticum B. Virginis Mariæ.

MAgnificat Dominũ mea nunc anima alma potentẽ,
Atque exultauit spiritus inde meus.
Namque humilem Ancillam & respexit, ecce beatam,
Ex hoc me dicent sæcla futura satis.

Fecit

Fecit enim mihi magna potens, qui ſanctus habetur,
Et ſecum Sanctum, denique nomen habet.
Et pietas à progenie percurrit in omnes,
Progenies eius, ſtante timore Dei.
Fecit namque ſuo per magnum poſſe lacerto;
Diſperſit cordis mente, ſuperba, ſui.
Depoſuit Deus elatos de Sede potentes.
Atque humiles ima ſepè leuauit humo.
Diuites, & magnos etiam dimiſit inanes,
Exurientes hic implet, & ille bonis.
Ecce recordatus Domini pietatis amicæ
Suſcepit puerum Iſrael ipſe ſuum.
Sicut enim eſt Patres noſtros, Abrahamque locutus;
Semini & illius ſæcla per æua, Deus, &c.

Pſalmi ad Completorium.

Cum inuocarem. Pſal.4.

IVſtitiæ Deus exaudiuit, cum ipſe vocarem,
Dilataſti etenim, Maxime, preſſus ego.
Hæu miſerere mei Domine, miſerere precantis,
Auribus atque precem percipe, Diue, meam.
Vſque graui quo nati hominum, quo corde rebelles?
Vt quid diligitis vana, quid vt petitis?
Scitote & quoniam ſanctum mirificat Altus,
Cum clamauero, me exaudiet & Dominus.
Vos iraſcimini, & numquam peccare velitis,
Cordibus in veſtris, fitque cubile dolor.
Iuſtitiæ vos ſacrificate ſacrificium, atque
Sperate in Domino, multique locuntur aperté,

Oſtendit nobis, quis bona? quiſue dedit?
Domne tui vultus ſignatum eſt, lumen amatum,
In nos, lætitiam dat quoque corde meo.
A fructu frumenti, vini, oleique fideles
Multiplicati ſunt, hortea plena manent.
Dulci in pace inidipſum, dormiam ego, & requieſcam
Nil ſomno hoc vnquam dulcius eſſe poteſt.
Tu quoniam Domine es, qui particulariter in ſpe,
Conſtituiſti me, æua per alta Deus, &c.


In te Domine ſperaui. Pſal. 30.

SPeraui Domine in te, non confundar in æuum,
Meque tua ſemper libera iuſtitia.
Ad me quæſo tuam nunc aurem inclina benignam,
Accelera vt me eruas, eripiaſque malis.
Eſto Deum in protectorem mihi, adeſto benigne,
Saluum vt me facias, confugijque domum.
Nam tu confugium es, mea fortitudo ſuprema,
Me propter nomen enutrieſque tuum.
De laqueo educas, mihi, quem abſcondere maligni,
Protector meus es, ſecla per æua, ſalus.
Spiritum ego in manus ecce tuas commendo, Redēptor,
Meque redemiſti tu veritatis amans, &c.

Qui habitat. Pſal. 90.

ADiutorio enim, qui habitat ſuffultus in alto;
Diuina tectus quippè moratur ope.
Dicet enim Domino, meus es ſuſceptor, & vltrò
Confugium, ponam ſpem tibi, Diue, meam.
Venantum laqueo, quoniam liberauit & ipſe,

Aſpero, & à verbo tunc quoque liber ero:
Et tibi obumbrabit ſcapulis, penniſque ſub eius
Sperabis dextræ tectus amore, Dei.
Te veritas ſcuto circumdabit Alta potenti;
Vllo à nocturno haud ipſe timore times.
Negotio in tenebris pereunte, volante ſagittâ;
Meridiano etiam denique Dæmonio.
A latere atque tuo ecce cadent modo mille virorum;
A dextriſque tuis millia ſæpe decem.
Ad te non autem penitus horum arma, nec vnquam
Tela propinquabunt, dante volente Deo.
Attamen hæc oculis benè conſiderabis amaris,
Atque retributionem aſpicies ſcelerum.
Tu quoniam Domine ſpes es noſtra perennis;
Præpoſuiſti altum, confugiumque tuum.
Non ad te mala, non accedunt vlla flagella,
Vlla propinquabunt, vlla tabernaculo.
Anglis namque ſuis de te mandauit vt adſint;
Semper cuſtodes omnibus inde vijs.
In manibus te portabunt, nè fortè cadentem
Ad lapidem offendas, elaceraſque pedem.
Aſpidem, & inde ſuper baſiliſcum ſæpè meabis;
Calcaturque Draco, fortis, ipſe Leo.
In me ſperauit quoniam liberabo repentè
Protegam eum, nouit nomen, & ille meum:
Ad me clamabit quiſquis voce, audiam, & illum;
Cum ipſo contribulor, glorificabo ſatis.
Longitudine enim multorum implebo dierum;
Oſtendamque illi tunc ſalutare meum &c.



Ecce nunc benedicite. Psal. 133.

ECce Deum nunc serui omnes benedicite vestrum,
Non cesset laudes promere lingua suas.
Quiduè Domo in Domini statis, atrijsque superbis,
Promite nunc vestri, laude canenda Dei.
Noctibus, ac in Sancta manus extollite vestras,
Extollant vestrum laudibus ora Deum.
Teque Sion Dominus alta benedicat ab Arce,
Qui cœlum, & terram fecit, & omne bonum &c.

Nunc dimittis. Canticum Simeonis.

NVnc Domine seruum dimitte in pace rogantem,
Nam videre oculi, persalutare tuum.
Omnium enim faciem populorum ante parasti,
Gentium, & hoc lumen, gloria plebis erit, &c.

Psalmi Graduales.

Ad Dominum cum tribularer. Psal. 119.

AD Dominum clamaui, cum tribularer amarus,
Atque exaudiuit me, auribus ille suis.
A prauis labijs, à lingua sæpè dolosa,
Libera nunc Animam, Diue benigne, meam.
Quid detur tibi, quiduè etiam apponatur ad illam
Linguam, quæ ficto est vndique plena dolo?
Non aliud, quàm dira sagitta potentis acuta,
Desolatorijs, & cum carbonibus atris.

Hæù

Hæu mihi, namque habitatio prolungata ſuperque eſt;
Multum anima in tenebris incola noſtra fuit.
Pacificus fueram his, qui pacem odere ſerenam
Pugnabant gratis cumque loquebar eis. &c.

Leuaui oculos meos. *Pſal*. 120.

IPſe meos oculos in montes ſæpè leuaui,
Auxilium veniet protinus vndè mihi.
Auxilium noſtrum à Domino, qui fecit Olympum,
Terram hanc, & pontum cuncta creata ſimul.
Ecce pedem ille, tuum motum ſic non det in vllum,
Qui te cuſtodit, ſomnus abire cupit.
Ecce & non dormitabit, neque dormiet vnquam,
Qui te cuſtodit Iſrael Alte Deus.
Te Dominus cuſtodit, & vltrò protegit alis.
Sit Dominus dextram deſuper ipſe tuam.
Sol te per lucem vnquam non vrat amænam,
Nec te per noctem candida luna cremat.
Teque malo Dominus cuſtodit noſter ab omni,
Cuſtoditque animam lucifer ille tuam.
Exitum, & introitum Dominus cuſtodiat Altus,
Et tunc, & ſemper, ſæcla per æua quoque &c.

Lætatus ſum. *Pſal*. 121.

SVm lætatus in his, quæ ſunt mihi dicta libenter;
Ibimus in Domini, manſio læta, domum.
Ieruſalem in foribus, non huc, illucque fluebat.
Aſt immotus erat, ſtabilis, atque gradus.
Ieruſalem vt Ciuitas, quæ iam ædificatur in altis,
Cuius ineſt ipſum participare bonum.

Illuc tribus enim Domini aſcendere frequenter,
Iſrael vt teſtis confiteatur ei.
Iudicio ſedes illic ſedere tremendo,
Nam ſedes ſupra, Dauidicamque Domum.
Quæ ad pacem ſunt Ieruſalem, nunc ore rogate,
Eſt & amanti illam, copia multa ſatis.
In virtute tua pàx fiat amata perennis,
Turribus, atque etiam copia multa tuis.
Nam propter fratres noſtros, noſtroſque propinquos,
Et de pacem ipſe loquebar ego.
Nam propter Domini noſtri, quod nomen amamus,
Et bona quæſiui multa futura, tibi, &c,

Ad te leuaui oculos meos. Pſal. 122.

AD te, Diue, meos oculo, ego ſæpè leuaui,
Qui in Cœlis habitas, quiue creata regis.
Sicut enim ſeruorum oculi ſunt Principe coram,
Sic oculus noſter corruat ante Deum.
Hæù noſtri miſerere Deus, miſerere præcantis,
Nam multum pleni debilitate ſumus.
Hac anima eſt multum iamdudum noſtra repleta;
Sitque & abundanti, opprobriumque ſuper, &c.

Niſi quia Dominus. Pſal. 123.

NI in nobis, quia erat Dominus, nunc Iſrael inquat,
Dicat, ni nobis altriger Altus erat,
In nos, cum homines exurgent, atque leuarent,
Glutiſſent viuos forte repentè ſibi.
Cum furor in nos ſic iraſceretur eorum,
Nos abſorbiſſet, frigide forſan aqua.

Tran-

Tranſijt atque anima hunc torrentem noſtra fugacem,
Tranſiſſet forſan intolerabilem aquam.
Sit Dominus benedictus, qui nos non dedit vnquam.
Nec dabit incaptum dentibus ille ſuis.
Noſtra anima erecta eſt vt velox paſſer ab omni
Venantum laqueo, tela nec vlla timet.
Contritus laqueus eſt, fractæ & denique funes,
Liberi & à cunctis nos ſimus ergo malis.
Adiutorium enim Domini eſt in nomine noſtrum,
Qui Cœlum, & terram fecit, & omne bonum, &c.

Qui confidunt. Pſal. 124.

QVi in Domino confidunt vt Sion illa fidelis.
Ieruſalem qui habitat non remouetur ea.
Circuitu in Montes eius Vrbs extat amena,
Circuitu in populi eſt Aſtriger ille ſui.
Non peccatorum Dominus virgam ipſe relinquet
Extollat iuſtus non ad iniqua manus.
Corde bonis benefac Domine, rectiſque benigne,
Quos omnes magno ſemper amore cupis.
Declinantem autem in cunctis quibus ille tenetur;
Adducet Dominus, cumque operante, malum, &c.

In conuertendo. Pſal. 125.

IN conuertendo captiuos Aſtriger Arcis
Vt conſolati funditus ecce ſumus.
Gaudio,& os noſtrum magno tunc quippè repletum eſt,
Et lingua eſt iubilo noſtra repleta ſatis.
Tunc dicent inter gentes, hominum inter & ora
Cmu Dominus facere, magnificauit eis.

Nobiſcum facere ipſe, & magnificauit abundè,
Lætantes facti funditus ecce ſumus.
Captiuos Domine noſtros conuerte benigne,
Vt torrens Auſtro vertitur in valido.
Qui in lacrymis ſeminant, qui inflætu ſemper, amaro,
In iubilo Cœli gaudia magna metent.
Cum iubilo venient, venientes ſorte ſecuta,
Portantes operis premia digna ſui, &c.

Niſi Dominus ædificauerit: *Pſal.* 126.

ECce Domum Dominus niſi iam ædificauerit Altus,
Fruſtrà, qui ædificat porrò laborat, eam.
Ni Dominus noſtram quoque cuſtodierit Vrbem,
Qui cuſtodit eam, fruſtrà & hic euigilat.
Eſt vanum vobis nunc ante aſſurgere lucem,
Surgat, qui panes ille doloris edit.
Cum dederit ſomnum dilectis eius amicis,
En Domini merces portio, ventris opus.
Sicut enim properat, manibuſque potentis acuta,
Sic excuſſorum iacta ſagitta volat.
Qui deſiderium impleuit, vir hic ille beatus,
Non confundetur, hoſte loquente ſibi.

Beati omnes. *Pſal.* 127.

QVi Dominum metuunt, omnes ſunt quippè beati,
Hi quoque diuinum, qui gradiuntur iter.
Quiuè ſuis pariter ambulat ille vijs.
Manducabis enim manuum opus ipſe tuarum,
Tuque beatus es, & poſt benè ſemper erit.
Vxor namque tua eſt, fueritque vt vitis abundans,
In

In tecti latere ſæcla per æua, tui .
Sicut Oliuarum nati quoque ſæpè nouellæ
Circuitu in Menſæ (te iubilante) tuæ
Ecce homo ſic benedicetur dilectus Olympo ,
Qui Dominum metuit, dum metuendus erit .
Teque Sion Dominus alta benedicat ab arce ,
Et vitæ videas optima quæque tuæ .
Et videas natos natorum ſorte tuorum .
Et pacem videas Iſrael indè ſuper, &c.

Sæpe expugnauerunt . Pſal. 128.

SÆpe iuuentute à noſtra, nunc Iſrael inquat
Expugnauere, & non potuere mihi .
Hæù ſupra dorſum fabricauere ecce maligni ,
Prolungauerunt vndique praua ſua .
Ceruices Dominus concidit iuſtus iniquorum ,
Arcem qui oderunt, dent ſua terga retro .
Tectorum vt fænum fiant, dum falce carebit ,
Quod deuellatur quam prius exaurit .
De quo, qui metit, ille manum haud impleuit auaram,
Et qui manipulos colligit ille, ſinum .
Nec qui præibant, Domini benedictio ſancta ,
Vos ſuper edicunt, hic benedictus erit, &c.

De profundis . Pſal. 129.

CLamaui Domine ad te, iterum declamo profundis ,
Exaudi vocem queſumus ergo meam .
Aures atque tuæ intendant, fiantque benignæ ,
In vocem noſtræ protinus eia, precis
Si culpas Domine obſeruaueris, ergo quis vnquam ,

Suſtinet, aut valeat ferre; nec vllus homo:
Namque apud eſt te propitiatio vera ſalutis,
Te propter legem ſuſtinuitque tuam.
In Domini verbo ſemper confiſa libenter,
Et mea ſperauit, ſuſtinuitque anima.
A cuſtodia enim matutina, vſque & ad horam
Nocturnam, ſperet Iſrael in Domino.
Namque apud eſt Dominum copioſa redemptio, mitem,
Quam ſacri emittit ſanguinis vnda ſui.
Nunc lætare Sion, noſter venit ecce Redemptor,
Et redimet cunctis, Iſrael ipſe malis, &c.

Domine non eſt exaltatum. Pſal. 130.

NOn Domine eſt exaltatum cor vtique noſtrum,
Non oculi elati, Maxime Diue, mei.
Non ipſe in magnis, mirabilibuſque cucurri,
Ardua non ſcando, dulciter ima ſequor.
Si me cognoſcebam, & humiliter ipſe ferebar,
Exaltaui animam denique Diue, meam.
Sicut enim eſt matre ablactatus paruulus infans,
Sic anima in noſtra facta retributio.
Iſrael in Domino ſperet, ſperataque ſemper,
Ex hoc nunc habeat, perque futura ſimul, &c.

Memento Domine Dauid. Pſal. 131.

DOmine memento Dauid, & manſuetudinis eius,
Serui inquam miſeri, Domne memento tui.
Sicut iurauit Domino, nec fallere numen
Debemus, vouit pinguia vota Deo

Si Domus ipſe tabernaculum introiero noſtræ,
Si in ſtratis lectum ſcandero ſæpè mei.
Si dedero ſomnum oculis, placidamque quietem,
Palpebris pariter, nocte ſilente, meis.
Temporibuſque meis requiem, mercemque laboris,
Inueniam Domino, donec vt ipſe, locum.
Ecce Ephrata ſpetulo nos ſæpè audiuimus illam,
In Siluæ campis inuenimus, & eam.
Illius ergo tabernaculum introibimus altum,
Oramuſque loco vſque ſtetere pedes.
In requiem nunc, Diue, tuam, nunc ſurge benigne,
E tu, & Sacri numinis Arca tui.
Iuſtitiæque Sacerdotis ſint veſtis amicti,
Et Sancti exultent, denique ſæpè tui.
Propter enim Dauid Seruum, quem diligis vnum,
Ne faciem Chriſti vertere, Diue, tui.
Iurauit Dominus Dauid, haud fruſtrabitur illum,
De fructu ponam ſede ſuperque tua.
Si cuſtodierint nati modo Teſtamentum,
Et teſtimonia hæc, quæquè docebo, mea.
Et nati ipſorum ſemper per ſæcula cuncta
Confident clarè ſede ſuperque tua.
Elegit quoniam Dominus Sion Ipſe beatam,
Elegitque illam, ſemper vt hic habitet.
Hæc requies fuerit mea, ſæcla per æua manebit,
Namque illam elegi, hic habitabo, ſedens.
Illius & Viduam benedicens, & benedicam,
Mendicos pane ex nunc ſaturabo ſuos.
Ipſe Sacerdotes ſalutari veſte recingam,
Sancti exultabunt denique lætitia,
Producamque potens cornu quoque Dauidis illuc,
Et lumen Chriſto præparo grande meo.

In-

Induam, & illius magno hostes sæpe pudore,
Florebunt ipsum numina nostra super.

Ecce quam bonum. *Psal.* 132.

ECce bonum, atq; iucundum habitatio fratris in vnū,
Hoc Deus exquirit, celsus & ille cupit.
Sicut & vnguentum in capite descendit in Aaron,
Barbam, barbam inquam Aaron amantis eum.
Eius quod vestimenti descendit in oram,
Sicut Ros hermon Arcis in alta cadens,
Nâm Saluatorem Dominus mandauit habendum,
Illic, & vitam, sæcla per æua simul.

Ecce nunc benedicite. *Psal.* 133.

ECce Deum nunc serui omnes benedicite vestrum,
Neç cesset laudes promere lingua suas.
Quiuè Domo in Domini statis, astrijsque superbis,
Promite nunc nostri laude ferenda Dei.
Noctibus ac in sancta, manus extollite vestras
Extollant vestrum laudibus, ora Deum.
Teque Sion Dominus celsa benedicat ab Arce,
Qui cœlum, & terram fecit, & omne bonum.

Septem Psalmi Pænitentiales.

Domine ne in furore. *Psal.* 6.

NE me Domne tuo tanto argue quæso furore,
Nec me corripiat fortiter ira tua.

Heù

Heù miſerere mei Domine, ſum infirmus, & æger,
Conturbata manent omnia & oſſa mea.
Valdè anima eſt mea turbata, & vexata dolore,
Se quo tu Domine concutis vſque malis?
O Domine conuertere, tuque animam eripe noſtram,
Et ſaluum me fac ob pietatis opus.
Quis tibi confitebitur in penetralibus Orci?
Diue, tui in morte eſt immemor omnis homo.
Ecce laboraui noctes locubratus in omnes,
Et ſtratum lacrymis ipſe rigabo meis.
Turbatus meus eſt oculus, creſcente furore,
Inueteraui hoſtes acriter inter eos.
Vos qui operamini iniqua, à me diſcedite cuncti,
Vocem audit Dominus fletus amore, mei.
Conturbentur enim vehementer protinus hoſtes,
Vertantur, pleni ſintque rubore magis.

Beati quorum. Pſal. 31.

FElices, quorum ſunt omnia iniqua remiſſa:
Peccata, & quorum denique tecta manent.
Cui Dominus peccatum haud imputat, ille beatus,
Spiritu in illius, nec dolus vllus adeſt.
Et quoniam tacui inueterauere oſſa tremendo,
Dum clamans, tota factus eram ipſe, die.
Supra me manus eſt tua, nocte, dieque grauata,
Verſus in ærumna, dum mihi ſpina nocet.
Delicta ipſe mea, en ſemper tibi cognita feci,
Atque iniuſtitiam nunc manifeſto meam.
Dixi, confitebor enim Domine in me iniuſtitiam, & tu,
Diue remiſiſti criminis impia mei.
Pro hac ad te opportuno orabit tempore Sanctus
Om-

Omnis, completo tempore, nullus erit.
Attamen in multarum diluuio horrido aquarum,
Non ad eum venient, at potius fugient.
Confugiumque meum à me circundantibus es tu,
Ex his, atque alijs erue, Diue, malis.
Et mentem dabo, quauè viam gradiere docebo,
Firmaboque oculos te super inde meos.
Sicut equus fieri, vel mulus absit haberi,
Hæc etenim (credas) quæ ratione carent.
Maxillas camo, & fræno constringat eorum,
Alta manus, Domino qui procul esse velint.
Multa flagella manent (hæù) peccatoris iniqui,
Sperantem circum iam pia dextra dabit.
Gaudete in Domino iusti, exultate beati,
Et resonet rectis gloria, corde, Dei.

Domine ne in furore. Psal. 37.

NE me, magne tuo tanto argue Domne furore,
Nec me corripiat fortiter ira tua.
Namque tuæ mihi sunt infixæ, Diue, sagittæ
Firmastique manum me super ipse tuam.
Culparum à facie semper sum infirmus, & æger,
Non pax & nostris ossibus vlla datur.
Ecce supergressa, & ceruicem crimina nostra,
Atque grauata super me, est graue, sicut onus.
Suntque cicatrices corruptæ, & putridæ apertè,
Stultitiæ à facie, quam sequor ipse, meæ.
Factus sum miser in finem, curuatus & vsque,
Tristis eram tota mæstus & ipse, die.
Lumbi namque mei illusionibus ecce repleti,
Et caro non vllo est nunc mea sana, loco.

Sum nimis afflictus, nec non depressus vbique
A gemitu rugiens, vt leo, cordis eram.
Omne meum desiderium te est ante patenter,
Cælatus gemitus non manet vsque meus.
Ecce meum turbatum est cor, virtusque reliquit,
Luce oculi clara iam caruere mei.
Atque stetere simul contra me Proximi, Amici,
At bellis motis, castra parata tenent.
Et qui me iuxta fuerant, longèque stetere,
Vimque animam faciunt, tollere velle meam.
Quiuè mihi mala quærebant, sunt vana locuti,
Atque dolos tota concipiero die.
Ipse autem tamquam surdus, non auribus hausi,
Atque os, vt mutus, non aperire suum.
Et factus sum sicut homo, exaudire recusans,
Cui nec in ore suo est vlla redargutió.
In te etenim speraui, tu Deus auribus asta,
Atque precem noli pellere quæso meam.
Nàm dixi, nequando inimici gaudia sumant;
Magna locuti sunt me super, ore suo.
Namque in acerba etiam um dira flagella paratus,
Semper in aspectu est meus inde dolor.
Culpam namque meam manifestabo ipse patenter,
Et pro peccato præcogitabo meo.
Nostri autem viuunt inimici, & viribus auctis,
Facti multiplices odia acerba voment.
Qui mala proque bonis reddunt, mihi tollere famam,
Excogitant, quoniam consequor ipse bonum.
Ne me quærentem te (quæso) Diue, relinquas,
Nec longè gressus pone benigne tuos.
Adiutorium enim in nostrum Saluator amantis,
Intende, ò nostræ (Diues) salutis amans.

Miserere mei Deus. Psal. 50.

HEù miserere mei Deus, ac mihi parce precanti,
 Hoc pietatis opus muneris, Alme, tui est.
Sicut enim pietatum est copia magna tuarum,
 Sic culpam dele, Diue benigne, meam.
Amplius à culpa laua me candor Olympi,
 Meque à peccato denique pelle meo.
Culpam namque meam cognosco pijssime, magnam,
 Peccatum & contra semper adesse meum
Peccaui soli tibi ego, namque insuper egi
 Coram te semper perfidus, omne malum.
Iustificeris vt ipse tuis sermonibus, atque
 Vincas (flente reo) cum iudicaris, Amor.
Ecce etenim in culpis ego sum conceptus iniquis,
 Atque in peccatis me mea mater agit.
Ecce etenim clarum veritatis lumen amasti,
 Nunc occulta quidem sunt manifesta mihi.
Asperges me hyssopo, & tunc mundabor abundè,
 Tunc albas inquam sic superabo niues.
Lætitiam dabis auditui, & gaudia nostro,
 Imò exultabunt ossa sepulta, loco.
Peccatis faciem à nostris auerte Creator,
 Et culpas omnes tolle, benigne, meas.
Cor mundum Domine crea spiritum & innoua rectum
 In me, non digno, visceribusque meis.
Ne me proijcias vnquam à facie, neque Sanctum,
 Longe à me flamen auferat alta manus.
Lætitiam mihi redde tui salutaris Amator,
 Spiritu & in primo firma, benigne, tuo.

Impij enim ad te conuertuntur eoſque docebo
Ipſe vias, fræno non remorante, tuas.
Libera me de ſanguinibus, Deus alme ſalutis,
Lingua, & iuſtitiam tollet in aſtra tuam.
O Domine labia exolues polluta, nec vnquam
Cæſſabit laudem promere lingua, tuam.
Si voluiſſes, nam ſacrificium ipſe dediſſem
Vtique; non ſumis, non holocauſta placent.
Sacrificare Deo, tribulatus ſpiritus adſit,
Contritum cor ne deſpice, mite Deus.
Facque benigne Sion in recta mente beatam,
Muri Ieruſalem ædificentur enim.
Tunc Sacrificium acceptabis, & holocauſta,
Tunc Altare ſuper munera digna forent.

De Profundis; vt ſupra in Gradualibus.

Domine exaudi. *Pſal*. 101.

NOſtram Domne precem placatus quæſumus audi,
Ad te perueniat clamor, & vſque meus.
Non faciem tu Diue, tuam à me auerte benignam,
Aurem cum tribulor, proſperè præbe tuam.
In quocumque die te voce vocauero, velox
Eſſe velis, nulla, te renitente, mora:
Defecere dies, tenues vt fumus ad auras,
Vt cremium pariter oſſa aruere mea.
Vt fænum percuſſus ego, cor denique aduſtum eſt,
Oblitus panem ſumere quippè meum.
A gemitus voce os carni meæ adhæſit vbique
Sana, nec (hæi mihi) pars corporis vlla mei eſt:
Factus ſum ſimilis Pelicano ſolus in agro,

Sicut Nocticorax factus in æde piger.
Inuigilaui, & factus ego ſum vt paſſer amarus,
Et ſolitarius, tecta per alta ſedens.
Noſter verò inimicus quotidiè exprobat vltrò,
Qui me laudabat, iurat iniquè ſatis.
Nam cinerem tamquam panem iam triſtis edebam,
Miſcebam & potum fletibus ipſe meum.
A faciæque iræ, dirique tui (Alte) furoris,
Nam me alliſiſti, Diue benigne, leuans.
En velut vmbra dies declinauere repentè,
Ipſe arui vt fœnum, falce cadente, ſuper.
Tu verò, Alte, manes ſemper per ſæcula cuncta,
Nec per progenies immemor eſſe potes.
Tuque Sion altæ exurgens miſereberis arcis.
Nam miſerendi eis prouidè tempus adeſt.
Namque tuis lapides ſeruis placuere, reciſi,
Et miſerebuntur protinus eius humi.
Et nomen gentes (ò Domine) tuum ecce timebunt,
Reges terræ omnes, gloriam, & (Alte) tuam.
Ædificauit enim ipſe Sion dulcedinis Arcem,
Maieſtate ſua ſplendidè viſus erit.
Humilium vota aſpexit, nec ſpreuit eorum
Ille preces, aurem præbet & vltrò ſuam.
Hæc in progenie alia ſcribantur, & omnis,
Qui venturus erit numina laude feret.
De excelſo Sancto proſpexit celſus amantem,
De Cœlo in terram proſpicit & Dominus.
Vinctorum gemitus audiret vt ille ſuorum,
Interemtorum ſolueret vt genitos.
Vtque Sion nomen Domini prædulce reportet,
Atque eius laudem Ieruſalem in celebrem.
Conueniendo ſuos populos ardenter in vnum.

Diui-

Diuino & Reges dentur vt obſequio.
Et reſpondit ei illa via virtutis, & inquit,
Mundanæ lucis nuncia pauca meæ.
Ne reuoces me in dimidio nunc, quæſo, dierum,
Anni in progeniem, progeniemque tui.
Principio terram fundaſti, Domne, cadentem,
Atque manus Cœli ſunt opus (Alme) tuæ.
Tu vero Domine remanet, ipſique peribunt
Atque omnes tamquam annua veſtis erunt.
Sicut opertorium en illos mutabit, & illi
Mutabuntur enim, tu verò ſemper es idem,
Anni non vnquam deficientque tui.
Et geniti Seruorum habitabunt ecce tuorum,
Illorum, & ſemen ſæcula in æua manet.

Domine exaudi. Pſal. 142.

PErcipe Domne precem, atque intentis auribus audi,
Audi in iuſtitia, atque in veritate tua.
Noli in iudicium cum Seruo intrare Creator,
Iuſtus te coram non erit omnis homo.
Noſtram namque animam eſt inimicus quippe ſecutus,
In terra vitam deprimit ille meam.
Vt ſæcli extinctos obſcuris meque locauit,
Me ſuper anxius eſt ſpiritus ipſe meus.
Sum memor antiquarum, ò Diue benigne, dierum
Omnibus in factis ſum meditatus ego.
Expandi manus ad te ſupplex vtique noſtras,
En anima vt terra eſt, quæ caret amnis aqua.
Aures præbe tuas Domine, velociter audi,
Defecit penitùs ſpiritus ipſe meus.
Ni faciem auertas à me, tu Diue, ſerenam,

Labenti in lacum consimilabor enim.
Auditamque tuam pietatem fac mihi mane;
In te speraui spes mea firma satis.
Ad te animam, quia, Diue, meam sæpè ipse leuaui;
Notam in qua curram fac mihi quæso viam.
A cunctis Domine nunc hostibus eripe nostris,
Meque voluntatem, Diue, doceto tuam.
Me tuus in terram deducet spiritus almus,
Viuificabis enim me in bonitate tua.
Educes animam multo in mærore retentam;
Hostes perde meos in pietate tua.
Quiuè animam tribulant, omnes disperde Redemptor,
Sum quoniam Seruus (Maxime Diue) tuus.
Gloria sit Patri Nato, cum Flamine Sancto,
Et nunc, & semper, sæcla per æua simul.

FINIS.

INDEX PSALMORVM.

Psalmi B.M. ad Matutinum.

Ad Laudes.

Ad Primam.

Symbolum S. Athanasij.

Ad Tertiam.

Ad Sextam.

Ad Nonam.

Cla-

Psalmi ad Vesperas.

Psalmi ad Completorium.

Psalmi Graduales.

Psalmi Pœnitentiales.

De profundis, vt in Gradualibus.



In lode dell' Autore

SONETTO.

Del Reuerendo Padre Gioseppe da Piperno de Minori Osseruanti Riformati di S. Francesco.

SVl Dàuidico Carme, oue co'accenti
GIACINTO (à cui conuien serto d'Alloro,)
Canti Carme più dolce, e più sonoro
E rendi i cuor, anche di gelo ardenti.
Quasi dall'Oreo à nuoui godimenti
Trahi col son della tua Cetra d'oro,
Qual Euridici, l'Alme, Orfeo Canoro
Ed à tal melodia restan attenti.
Forse finto valor, ouer mensogna
Sarà ciò d'vn Orfeo di vana lode,
O pur nel dir fauoleggiando io sogna?
Nò, nò, mentre dal tuo bel Nome s'ode
Vn GIACINTO di lauro, onde bisogna
GIA, Orfeo CINTO chiamarti inuitto, e prode.

Ad Auctorem sub Hyacinthi Allegoriam Fratris Ioseph à Priuerno de Strictiori Obseruantia Sancti Francisci

EPIGRAMMA.

O Qui Dauidicum decoras Diadema HYACINTE;
Iam totum Psaltis carpis ab ore iubar
Cynthia videris, cunctisque nitentior Astris
Ceù nouus, & roseo Cynthius igne micas
Quale sub ignoto pererras Ethere Sydus
Erras, vt rapias quodque decoris adest.
Quam benè Dauidica luces in mente Hyacinte
Dauidicumque tuum, quam bene lucet opus.

Idem ad Eundem.

FOrtis, & incolubrem durus fuit Herculis ignis
Fortior est ignis te rutilante tuus.
Ignibus ille globis si jam fera monstra repressit,
Pectora tu mulces, & Phlegetonta fugas

Il Sig. Francesco Antonio Gabiola all'Autore. Sonetto.

IN su le Sponde chiar dell'AMASENO
Sù la Cetra Real Cigno sublime
Canti verso sì bel nel qual si esprime
Col Profetico Canto il tuo à pieno.
Felice te, à cui sul bel Terreno
Fanno folta Corona l'erte Cime
Del Fiorito Penco il qual imprime
L'Orme d'Allori, e Mirti il Prato Ameno.
Così con doppie corde homai si chiede
Il Reato de colpe al Rè Souràno
Mentre nella tua bocca il ver risiede.
L'Ebreo la Cetra d'or con aurea mano
Toccà, tu canti: Ecco (stupor) si vede
Congionto l'AMASEN, con il Giordano.

All'Autore, Alludendo al suo Nome. Madrigale.

SV nel Terren fiorito
Del Profeta Real pianti Corone
E col tuo canto ardito
Qual Alcide t'immergi nel Lapone
Onde con nuouo Choro
Hor GIACINTO ne vai di verde alloro.

Il Sig. Fabio Valle all'Autore. Sonetto.

TOrbide vn dì l'onde AMASEN scorrea,
Quando in fuga METABO il pegno amato
Soura rozza corteccia esposto hauea,
Per sottrarlo fugendo à Rege irato.
Così saluò CAMILLA; indi torcea
Trà dumi alpestri, e l'Inimico ingrato,
Per la preda inuolata alto fremea,
Mà è vil la forza alla virtù del fato.
Nuoue alzò di PIPERNO altere mura
Eterno heg. heredi, e l'arti, e l'armi,
Ne posteri destò gloria futura.
Degno figlio di lui per li suoi carmi
Al Cigno equal VISCA (per sua ventura)
Sarran li Versi suoi scolpiti in marmi.